



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. X. Octavum, assiduè cogitata Dei præsentia in omni loco.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

somnum sperat facilem, nisi plenis profundius mergatur. Alii his initiis ad vitiosiorē licentiam proficiscuntur, & deum in leges verecundie impudenti audacia delinquit: vel nominatim, panem nimium est, invecundos tactus, amplexus, oscula: satis dixi, & juvabit forsitan vel solo nomine perstrinxisse hæc dedecora. Cautē, mi Adesime, cautissimē, hic agendum, si velis castē: ē levi saepe tactu non levis secuta est turpitudine. Rogatus Aurelius Augustinus, quid esset quod nollet cum sorore habitare, ita occurrit fertur: quia non sunt mihi sorores, quæ cum mea sint. Enimverò malum est videre feminam, peius alloqui, pessimum attingere. Ideo Nicetius, ex optimo Sacerdote, Lugdunensis Pontifex, amantissimus puritatis, suos assidue monebat, & tactus & verba caverent obscena: ipse sui maximē memor, vel infantium etiam membra nuda manu tangere verebatur: neminem hic nimis cautum censebat, ubi voluptas sese tam celeri dolo insinuat. Cum ferrum tangit silicem, exiliunt scintillæ; cum tangitur serpens, mox caput replicat, ut mordeat tangentem: quod castior quis est, hoc & cautior est, ne carnem tangat non suam, unde sua uratur; neve serpentina luxuria, mox ubi tactus impudicus senserit, mortuum inferat, & vulnere venenum infillat.

Gregor. Turon. in vitis PP. c. 8. Severinus 1. April.

Severinus 16. Septemb. vixit circa ann. 980.

ib. de vera virgine.

Editha Edgari Anglorum regis filia non solum regio sanguine, sed virtutibus illustrissima, post mortem Dunstano Episcopo per somnum visa, de corpore suo monuit: & ne hoc vanum duceret, addidit illud: etiamnum ab omni tæbe illæsum rependum, oculis solum, manibus atque pedibus in cineres solutis, quibus olim puellari levitate esset abusa; dextrum verò pollicem quo toties crucem signasset, remansisse integrum, ut eluceret clementiæ divinæ benignitas in partibus servatis, iustitiæ severitas in absumptis. Rectissime ergo Basilus: Sic virgo, inquit, virginis auditus, & visus, & gustus, & tactus; jugulando quidquid à verā virginitate degenerat.

§. V.

Submoneor hic beati Jacoponi & sancti Francisci familiā, viri integerrimi. Hic perquam eleganter, quinque hominis sensus exteriores, in hunc modum descripsit. Virgo erat, & huic quinque fratres. Primus, Pictor: alter, Musicus: tertius, Cocus: quartus, Pharmacopola: ultimus, Caupo; homines exigui census: horum sororem fecit opulentam nobilissimam Unio. Hunc pauperuli fratres precibus extorquebant certatim intiterunt. Musicus: nosti, inquit, rem meam esse tenuem; da gemmam tuam, & servasti vitam meam. Pro eā ego modos musicos faciam quos laudes. Tu verò abi, mi frater, inquit virgo, tantillo pretio gemma mihi mea venalis non est.

Virid. Radegari part. 2. de contempt. sui cap. 3. Sensus animæ proci.

Pictor, ut gemmam impetraret, picturam promisit, quam haberet, elegantissimam: sed repulsam tulit. Idem tentavit & pharmacopola, nescio quid novæ fragrantiae pollicitus, sed eadem repulsā dimissus est.

Nec aliud tulit responsum cocus, et si Jovis cerebrum, & delicias exquisitissimas sponderet. Caupo, homo impudens, scire se aiebat lecitissimos juvenes, qui omnes ejus esse cuperent matriti: hac in re solertem se fore actorem recepit. Minimè placuit qui maximam sperabat gratiam, extremplō rejectus. Hanc demum gemmam Optimas obtinuit, in cujus unā thalamum denupsit Virgo. Hoc, ita Jacoponus explicabat: Anima, Virgo est: Voluntas, gemma: Virginis fratres, sensus exteriores, visus Pictor, auditus Musicus, odoratus Pharmacopola, gustatus Cocus, tactus Caupo. Sed an non insigniter delirasset Virgo, si pro rebus vilissimis, suā se gemmā privasset? Optimati, Christo Domino erat servanda. Atqui nos longè illustiores sumus, & vero nomine, infanti, qui Arbitrii nostri, seu, nostræ Voluntatis pretiosissimum unionem pro deliciis efecimus, pro oblectamentis narratiunculis, pro Venereis delectatiunculis,

pro vitæ fractis & pupis, verè pro scarabæi umbrā, non vendimus, sed turpissimè abijicimus. Ille, ut cupita sibi liceat videre, innocentiam perdit: iste, ut gulam saginet, Castimoniam offendit: hic, ut omnis generis sordes per aures recipiat, pudicitiam expellit: alii, ut omnem odorationi & tactu libertatem permittant, verecundia leges negligunt. Ita nostram nobis gemmam, Voluntatem seu assensum, illi pessimi quinque fratres extorqueant & subducant. Ad extremam spiritus inopiam devolvimur odorando, tangendo, maximè videndo & audiendo.

Memini me legere de homine ægro, sed rectissime sibi conficere, qui in mortis viciniā, velut orator ad seipsum, omnibus corporis sensibus meritam gratiam tulit in hunc modum: O mei Oculi, amo vos de hac re, quod passi estis noctem vobis & cæcitatem persuaderi, quotiescunque vanitatis aut lascivie aspiciendæ fuit periculum: hæc mihi nox, hæc cæcitas saepe fuit saluberrima. O meæ Aures, gratias vobis habeo, quod artificio extemporali obstruxistis, ad omnem inhonestum, oblectatorium, noxium sermonem: hæc mihi furdas sepiissime fuit salutis. O Manus meæ, vobis memori mentis adscribo, quod delicias & tactui jucunda potuerim aspernari: vestra mihi ad hoc profuit continentia. O mi Olfactus, & tuis beneficiis respondeo: tuæ fuit virtutis, & odores gratos spernere, & ingratos perfettere Dei causā: multum me juvit tua patiens indultia. Et o mi Gustus, tibi quoque me gratum prebeo, tibi acceptas refero victorias plurimas; pars salutis meæ maxima in te stetit: potuisti & dapibus carere, & inter dapes elurire; potuisti & in copiā abstinere, & sustinere inopiam: fateor, absque te fuisset, mei hostes me milles sub jugum misissent: abstinendo & sustinendo promovimus. Igitur, o meum corpus, sine me brevi temporis spatio à te abesse: jungemur iterum, & unā fruemur præmio inexpressibili, felicitate non finiendā. Utilissimam monita, si sint qui iis pareant.

Pelagius refert, sanctam Syncreticam dicere solitam: Sobriè vivamus, quia per sensus corporis nostri fures ingrediuntur. Verè: & saepe non unus aliquis furunculus, sed furum & prædonum ingens turba, cogitationum & imaginum fœdatur magnus numerus. Hinc lugubris ille gemitus clamantis propheta: Deprædatus est oculus meus Thronum animam meam. Voce præcurrentem sequamur, clamet pro se quisque: heu præda factus sum oris, & oculorum meorum, aurium, & manuum mearum! deprædatus est animam meam visus meus, auditus, tactus, gustatus meus! Cor sine sensuum custodiā, urbs est sine mœnibus, domus sine ostio, hortus sine sepe: illam hostes transiliunt, hanc fures expilant, istum conculcant sæpe.

CAPUT X.

Oculorum INCONTINENTIÆ antidotum, assidue cogitata DEI PRÆSENTIA in omni loco.

AD E. S. Partheni, dimitte me plenum ingentissimæ duciae ad sanctiores mores: instruis, dispargas, doces, adversus omnem vitiorum me munis. PAREN. Silaudate velis, hoc est, adulari, ego interrumpi nolo; pede quo cappi, pergam; jam enim prospicio. Restant pauca; at profecto, si rem spectes, non paucis explicanda. Versiculum tenes?

Portarum excubie, Christi presentia, Roma. Suas portas excubias dedimus. Nunc Dei Præsentiam contemplemur.

Et principio quidem mirari subit, nos in plurimis non circumspicientes esse, quos oculus Domini vigilantissimus observat omni momento, omni loco. Ades. Ergo

Ad Hebr.
cap. 4. v. 1.
Hier. c. 3.
vers. 19.

A Bimelechus Rex, cum Saram Abrahami conjugem mille argenteis donasset, istud moniti adiunxit: *Et quicumque perrexeris, memento te deprehensam.* Auro profus hoc, & cedro scribendum: *Memento te deprehensam.* Nulla tam abdita cogitatio, tam furtiva libido nulla est, nullum tam clandestinum furtum, quin & illam, & istam, & istud *Dei oculus* deprehendat. Quidquid dicas, facias, quidquid vel arcanissimè secreter etiam cogites *memento te deprehensam.* Ubi ubi locorum, & quidquid denique rerum agas, etsi tam solus sis, ut nec multa tecum sit, tamen *memento te deprehensam* ab oculo omnia cernente.

Schlag. 6. 31.

ADES. Sed num Deus sit præsens, etiam in impiis ?
 PARTH. Te hominem albae mentis ! præsentiſſimus eſt,
 etiam in impiſſimis & quidem, ut Theologorum ore
 loquamur, per eſſentiam, per præsentiā, per poten-
 tiam ſuam, ſolum non per ſuam gratiam. Deus cum
 omni ſanctitate & ſapientia ſua cum omnibus ſuis the-
 ſauris, quæ totus æ præſens fuit in Judâ Chriſti pro-
 ditor, quàm in Petro Chriſti deſenſore. Miſeri nos &
 cæci, quàm non cogitamus ita ? momentis ſingulis, di-
 vinâ manu ſuſtentamur, & quaſi alſidus recens crea-
 mur. Ceſſet Deus vel puncto temporis benefacere, &
 omnia, quæ noſtra vocamus, in tenue nihilum evane-
 ſcent. Pulchre Bernardus : *Quid, inquit, ſicut nullum eſt*
momentum, quo non fruamur Dei miſericordiâ, ſic nullum eſt
momentum, quo cum præſentem non habeamus in memoriâ.
 Momento nos Deus, vel ignibus æternis addicere, vel
 cælo adſcribere poſſit. Inſtitit modò vel unicam ſcin-
 tillam luminis, quod gloriæ vocant, & in cælo jam cri-
 minus, etſi extra cælum luminis. Quoſquam à Deo nec latum
 unguem recedimus. Et dic, quæ te, mihi : St quis ſtat
 inde undequaque flammis prælatiſ & in orbem cinctus,
 ſcitæque, illicò pereundum ſibi, ſi centilla vel unica
 tangeretur, quàm parvus ei riſus foret, quàm modestus
 ſe contaheret, quàm pavidus trepidaret ? Atq̃ui verè in

§. II.

B Vnicus hic, & ad omne flagitium acerrimus est stimulus, credere, se non videri: Imodò, & furem interroga quid hæc audeat? arbitrabar, dicit, me non videri. Sed & adulterum adi, & quare: Tu violæ alienam domum invadere, conjugem non tuam violare impudicissimè? si Deum non metuis, etiam magistratus vindictam negligis? trepidè respondebit: Putabam, & neminem hujus fore conscium. Sed ad plures te mitam. Accede silentio improbusis oris hominem, & dum dominum suum diris omnibus execratur, interroga: in quem hoc linguæ virtus evomat? tertius dicit: crededam me solum esse, & à nemine audiri. Hæc via ad inferos rectissima est, ita vivere, tanquam si nullius oculo noveretur, à nemine videretur. Hinc impiorum voces illæ: quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis? & Et dixerunt: non viderit Dominus, nec intelligit Deus Iacob. Contra hos acriter insurgens regius pascites: Intelligite, inquit, insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: ~~qui plantavit aurem, non audit?~~ aut qui ~~fixit oculum, non considerat?~~ dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt. En, cogitatus tuos novit, vel latentissimos, & ignorabilis ausus & facta? Sed hunc talem tenebrionem, qui humanos solum oculos amotos à se cupit, divinos non curat, sic loquentem producit Siraides: *Quis me videt? tenebræ circumdant me, & Eccl. c. 23. parietes cooperiunt, & nemo circumspicit me: quem vereor?* delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Ippitis his vocibus opponit istas: Et non intelligit quoniam omnia vident. *Deus videt oculos illius, quoniam expellit se timorem Dei, hujusmodi hominis timor.* ADES. Nostra nos fides docet, nihil clam Deo fitiri, omnes & omnia ab ipso videri: æquum proinde est, ut in omnibus seipsum sic excitet; ATTENDE Peccans TIBI. PARTH. Rectè: sed vide, mi Aedemite, quò hoc facto suo minime malignior affectus, aut lascivior appetitus non fidem nepertrahat, & abducat ab illa fide. Homo impurus & libidininis fenerator (eadem est omnium vitiatorum ratio) ante se habet hæc duo: Carnis petulantiam, & Fidei notitiam: fœda petulantia illa vult in opus prodire quod cogitatur; non vult Fides, & à Deo cuncta cerni affirmat. Ergo ne ille crimen deferat, deserit fidem; & ut adulter sit, fit hæreticus factio. Idem vel solis fit cogitationibus. Cogitat quis obscœna, nec tamen nescit has ipsas in se cogitationes à Deo videri. En hic fides, quæ identidem pungit, vellicat, monèturque: Deus videt illa, quæ cogitas; cor tuum Deus penitissimum pervideret: ejice has & imaginum & cogitationum sordes. Quid hic miser? ne cogatur suas expellere cogitationes, expellit à se fidem & tantundem facit, ac si dicat: non cernit hæc Deus, quæ cogito, quæ mente aspicio. Ita pergit infelix, & ejectione aut sepultura fide, cogitationes & imaginationes fordidissimas retinet, fovet, & quia ipsi pulchræ sunt, cum iis ludit, & sic obscœna suavitate seipsum perimur. Huc malorum, huc deducit impium illud: *Nemo me videt.* Quam nobile fuit par illud nequisissimum

senam, qui Susanna pudicitiam centant? Totum nequitia pallium, quo scelus suum velarunt, hoc ipsum fuit: *Ostia pomarii clausa sunt, & nemo nos videt.*

Dan. c. 13.
vers. 20.

Hinc omne flagitium accenditur, & animos sumit, dum diabolus ad aures delinquentis suavitur occentat: *Nemo te videt.* Aude feliciter: *Nemo te videt.* Ita perge constanter: *Nemo te videt.* Ita etiam pergitur miseri, parietes nobis circumdatos judicamus, non ut tutius vivamus, sed ut occultius peccemus. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid re-

Sente. c. 43.

Plin. lib. 9.

c. 19. & 23.

fert neminem scire, cum tu scias? Heu, stultissimi mortales, quam hic ultra bestias nihil sapimus? mugiles & lampretæ, pisces marini, qui Plinio teste si caput undis immergant reliquum corpus patere oculis non putant. Eadem & perdicis ridicula stultitia est. Hæc si solum abscondat caput, jam se totam credit oculis subductam. Eundem hunc lulum & infantes ludunt: pone januam, mantili caput obvolvunt, & licet pedes emineant, a nemine tamen videri se credunt, quando ipsi videt neminem. Tales nos infantes, tales imò bestie sumus, modò hominum oculos à nostro scelere amoliamur, oculos Dei parum curamus, & sic à nemine nos observari credimus. Hinc illæ voces. Hoc meus dominus, hoc parens meus, hoc meus magister non videt, istud ille non resciet, salva omnia. Erras, mi homo, nil saluum illi qui divinos oculos non veretur, sui sceleris observatores.

Isaie c. 57.

vers. 11.

Neque cogitasti in corde tuo, quia ego taceo, & quasi non videris, & mei oblitus es. Ita per Isaia queritur Deus Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum, Videris, audis: ubicumque es, totus in oculis Dei es.

§. I II.

Dei præ-
sentis me-
moriam ju-
vat ad vitæ
sanctita-
tem.

Lib. 1. antiq.

cap. 3. intro.

Q Vemadmodum verò improborum plurimos in vitis audaces fecit stultissimum illud: *Nemo te videt.* Ita innumeros alios ad illud in vitæ sanctitatem pro-
vexit unicum istud: *Deus videt omnia.* Primus & martyr, & virgo, & frater Caini Abel, ex hac unâ præsentie di-
vinæ notitiâ, ad omnem virtutis cultum profecit. Cla-
rissimus testis Iosephus: *Abel, inquit, iustitiam colebat, &*
omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam
dabat. Hic te verbulo monuerim: in Bibliis, ambulare
cum Deo, non aliter explicandum, quàm Deum ubique
præsentem jugi memoriâ prosequi: neque enim sole-
mus aut possumus cum alio, nisi cum præsentem ambu-
lare. Hinc nobile illud piscorum Patrum encomium,
cum Deo ambulant. Postmundi originem laudatissimus

Gen. cap. 5.

vers. 24.

Gen. cap. 6.

vers. 9.

Gen. cap. 17.

vers. 2.

Henoch, *Ambulavit cum Deo, & non apparuit, quia tulit*
illum Deus. Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus
suis, cum Deo ambulavit. Hoc ipsum Abrahamo jam no-
nagenario præcipitur: *Ambula coram me. Et ego perfectus*
Moses, ille Deus Pharaonis, qui & Numini à secretis
consiliis fuit, dux in populi, vatum maximus, non
aliâ re magis divinam in se liberalitatem emeruit, quàm
assiduâ divinæ præsentie veneratione. Paulus id affir-

Ad Hebr.

cap. 11. v. 3.

mans: *Fide, ait, reliquit Egyptum (Moses) non veritus ani-*
mositatem regis: invisibilem enim tanquam videns sustinuit.
Hoc illi assiduò in mente fuerat: *Deus videt omnia.* Hinc
tantarum molestiarum patientissimus, invictus perse-
verabat. Rex Ezechias (licet dicere) hac arte unâ,
quindecim vitæ annos à Deo emendicavit, in paucis
persuadens quod rogabat: *Obsecro domine, inquit, me-*
moro quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, &
in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Pro-

Isaie c. 38.

vers. 3.

pheta omnes in præscâ lege, Reges aliquot, omnes vir-
tutis studiosi, plurimum in omni pietate promoverunt,
ex hoc uno effato: *Deus videt omnia.* Admirandus in hoc
rex David, Regiorum quidem negotiorum mole pre-
mitur, & tamen in hoc uno est assiduus: *Oculi mei sem-*
per ad Dominum. Perinde, atque si dicat: vix mihi quid-

Psal. 115.

quam abijt temporis, quo non meminerim præsentis

A Numinis. Et affirmatiùs longè de seipso testatus: *Provi-*
debam, inquit, Dominum in conspectu meo semper. Assiduus
mihi in oculis est Deus. Inde ingentis animi auctor: *Ubi*
ambulavero, inquit, in medio umbra mortui non timebo mala,
quoniam tu mecum es. Neque satis hoc illi, obtutu conti-
nuo in Dei præsentiam oculos defigere, omnes alios ad
hoc ipsum ardentèr infligans: *Quærite, inquit, Dominum, &*
& virtutem eius, quærite faciem eius semper. Et idem inge-
minat: *Quærite Dominum, & confirmamini. Quærite faciem*
eius semper. Cumque à seipso minus hoc observatum de-
prehendisset largissimis lacrymis id deplorans: *Tibi soli,*
ait, tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Mi Domine,
præsentiam tuam non observavi, oculos tuos reveritus
non sum, te inspecantem neglexi. Utique quidem ocu-
los non admisi, cum flagitium illud commisi, sed tuos, ô
Conditor, excludere non potui. Tu ô Deus vides om-
nia, tu adisti, vidisti, tabellis id tuis inscriptisti. Ideo
peccavi, sed tibi soli, & coram te solo grande hoc malum

B feci: Alii in oculis tuis, te inspecantem ausus sum hoc
flagitium designare. Si te præsentem cogitarem, adulter
non essem, parricida non vocarer. O mortales! exem-
plo meo sapite: *Deus videt omnia.* Jobus, ejusdem pro-
fus animi: *Nonne, inquit, ipse considerat vias meas, &*
cunctos gressus meos dinumerat? Et: *Observasti omnes semitas*
meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Deus videt omnia,
& capillos hominis numerat, & passus, Susanna castis-
sima extremis angustis conflabat: hinc probrosum
facinus, illinc, si consentiret, mors ei certa sic immine-
bat, ut exclamaret: *Angustia sunt mihi undique.* Alentior?
letali me noxâ obstringo. Relicto? capitis supplicium
incutro. Et qui tandem ex his syrtibus est eluctata? An-
te Deum se stare cogitavit? Deum præsentem & sui-
cetaminis spectatorem est inuita. Inde tantum criminis
horrorem hausit ut in libertinam hanc vocem prorup-
perit: *Sed, Melius est mihi absque opere incidere in manu*
vestras, quàm peccare in conspectu Domini. Vos quidem po-
marium clausum, nullum hic arbitrum, à nemine nos
videri dicitis: at, *Deus videt omnia;* malo subire mortem,
quàm Deum omnia cernentem offendere. O voces celo
inscribendas! ut quemcumque carnis lascivia vellicare
ceperit, caelum suspiciat, istudque legat: *Mori malo,*
quàm peccare in conspectu Domini; Deus videt omnia. Nicetæ
tas, cum impugnetur, solus erat, nec tamen solum
se esse credidit, Deum præsentem vidit, præsentis opem
petiit, centies mori maluit, quàm vel semel coram Deo
assentiri flagitio. Hinc cruenta pugna, hinc victoria
gloriosa. *Deus hac vidit omnia.* Adeline, sunt qui mu-
seum aut cubiculum picturis impleant, tu tuum obsecro
imple scripturis, & hoc unum vel centies omnibus ap-
pinge parietibus: *Deus videt omnia.*

§. I V.

H Oc ipsum: *Deus videt omnia,* homines etiam sce-
leratos quandoque attonuit, & retraxit à præci-
pio vitiorum. Thais Alexandrinâ, femina tam male
quàm bene nota, ut gravius periret, multos secum peri-
turos in voraginem traxit libidinis. Pereuntem miser-
tus Paphnutius, & militem indutus, Thaidem adit, & p. 2. 169.
unum se simulat adventurum. Dein loci secretum sit-
pulari, nolle enim se à quopiam videri. Inducit illa in
cubiculum, negat ille satis arcanum locum. Itur in aliud
interius; mox eandem objicit. Demum in domus
penetrare perducitur, ubi personatus miles hac illuc cir-
cumspiciens: quælo te, inquit, num hic securi sumus,
& sine omni arbitro? Quid dubitas, inquit illa, hic ne-
mo nos audit, videbit nemo, nisi Deus aut diabolus.
Excepit vocem Paphnutius, & tanquam ad eam exhor-
tuisset, querit: *Credisne Deum? credo, ait illa. Querit*
amplius: etiamne credis, eum ubique præsentem, om-
nia cernentem? & hoc credo, respondit illa. Subdit Paph-
nutius: an non improbis decrevit ignes æternos? ita,
inquit

inquit illa. Mox ille iterum: Ergo, ait, hæc credimus, & tamen in oculis iustissimi iudicis, omnia spectantis tam turpiter peccemus? Et quid tu temeraria, impia, salutis æternæ prodiga, hoc upum laboras, ut unâ tecum tot alii æternum pereant: tantine est corporis spurcissima voluptas? an duos illos, Deum & diabolum, non vereris? iudicem illum, hunc accusatorem non times? an non *Deus videt omnia*? Icta mulier dicto, altum ingemiscere, exultationis nil reperire, sordes suas erubescere: jamque & oculi lacrymas parturire, ipsa demum in genua procumbens, penitentiam & emendationem promittere. Dixit, & fecit, nec multo post omnem muliebrem mundum, libidinis suæ instrumentum combustit, ipsa in Virginum cœnobium transiit, archissimo habitaculo clausa, fonte solùm & pane vixit. Dei nomen pronuciare non ausa, unum hoc affidue repetit: Tu qui creasti me, miserere mei. Triennio sic actò, simul & illo, & corporis carcere absolum, in meliorem orbem migravit. Magni Antonii discipulus, Paulus, in cælo ei paratum torum confexit, ita cælestem thalamum feliciter possedit, quia impudicum aliquando possedisse dolenter tulit. Mirum hoc, sed non semel dumtaxat factum. Eodem illo pronunciato, *Deus videt omnia*. Beatus Ephrem, æquè profligati pudoris mulierculam ad pudicos mores traduxit.

Et certè nisi in bestias aut in saxa degeneremus, fieri non potest, quin, si sapius seriorque cogitemus, *Deus videt omnia*, in officio nos contineamus. Bernardus: *Quomodo*, inquit, negligens potest fieri, qui intuentem se Deum non desinit intueri? Si negligentiam, quomodo non etiam luxuriam à se repellat, qui divinos oculos in se defixos observat? Dorotheus vir religiosissimus, in familiam suam cooptavit juvenem spei non magnæ. Erat is libertati assuetus, vanus, vitis plenus, & tamen monachum profiteri omni modo contendeat. Facile erat Dorotheo cogitare, hunc talem juvenem præceptis & legibus non obviandum; ita unicam dedit, sed auro exarandam: *Cogita semper Deum tibi præsentem, & te coram illo stare*. Dorotheus (hoc nominis accepit in cœnobio tyro ille) ex unâ hac lege, eos in virtute progressus fecit, ut elapso quinquennio, non in meliorem tantum, sed in alium profus hominem mutaverit; jam ceterorum non tardus imitator, sed antesignanus, & virtutis speculum. Tantum ei profuit, affiduè cogitasse, *Deus videt omnia*.

§. V.

Phengites, miri nitoris lapis, ea etiam quæ à tergo sunt, monstrare dicitur. Domitianum Imperatorem eo usum affirmans Suetonius: Tempore, inquit, suspecti periculi appropinquante, sollicitior in dies, porticum, in quibus spatium consueverat, parietes, Phengite lapide distinxit, & ejus splendore per imagines, quidquid à tergo fieret, provideret. Ejus generis lapidem habuisse fertur Maximilianus I. Imperator. Huic celeberrimam Germaniæ urbem ingressò, gratulatum advenit Magistratus, & chrysædeon aureis plenum obtulit in monumentum debiti obsequii. Erat tum Imperator in conclavi, non procul à foro, ubi spectacula parabantur. Digressò inde Magistratu civico, initium est datum ludorum equestrium. Aulici famuli plerique omnes huc illic dilapsi, occupando commodiore loco. Secutus Imperator cum paucis, crater aureo in mensâ relicto, & januis per quas transierat, apertis. Jam omnibus in ludos intentis, familiarium unus in Cæsareum conclave obreptit silentio, aureos credo numeraturus, sed suæ crumene: Ergo poculum invadit, nec parca manu extrahit patrem aureorum non minimum, ratus se à nemine videri. Interim Imperator Phengitem suum dissimulante ante se movet, omnia à tergo videt, & hunc furem. Reditur in conclave: magna hinc omnium

A expectatio partiendi muneris. Jabet Cæsar singulos dominorum pro se quemque accipere. Etiam ille, qui ante invocatus venerat, vocatus est & iussus extrahere, quantum manu prenderet. Initio ille modestè tergiversatus, tandem pauculos aureos verecundis digitis attollit. Hic Imperator: numera sis, inquit, quot traxeris. Numerat. Cæsar iterum: Jam, inquit, & illos prome quos nobis absentibus traxisti: videamus, num antea, an jam fueris cordatior. Fit funus miser, balbutit, contremiscit, vocem vix expedit, nullat, deprecatur. Expromit tandem aureos è furtivo sacculo, & numerat, sed longè plures esse compertit, quos prius cleperat, quàm quos iussus excerpterat. Tum imperator: tolle, inquit omne hoc tuum est, sed sub oculos meos non redi. Tu, si sapias, cum magnatibus (multò minus cum Deo) non ludis: à tergo etiam habent oculos. Et an nescis longas Regibus esse manus, acutissimos oculos, plurimas aures? an nescis, Deum merum esse Oculum, meram manum?

B Disertè Augustinus: *Deus*, inquit, *totus oculus est, quia omnia videt; totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est*. Hoc nempe servulorum linguas & manus coëcet, ut nec hosculem carpanit, nec pomulum ex hortu rapiant, nec frustulum panis sublegant, si nullam sibi herilis absentia securitatem polliceri queant. Hinc crebriores querelæ illæ: Dominus meus semper mihi à tergo hæret, loco quo minimè formido, deprehendor. Et quis uspiam unquam oculos Dei cuncta cernentis evitare potuit? *Deus videt omnia*. Ergo quocunque perrexeris, memento te deprehensum.

Pausanias in Corinthiacis refert, Jovis simulacrum trinoculum celebrari, ob triplex in superos, medios, inferos imperium. Mittamus signum. An non Deus noster triplices habet oculos, quibus omnia celi, terræ, marisque, & inferorum vel minutissima pervidet? Augustinus: *Oculus*, inquit, *Dei simul universa cernentis, non abdita locorum, non parietum septa seculant, nec solum ei acta & cogitata, verum & agenda & cogitanda sunt cognita*. *Deus videt omnia*, tam præterita & futura, quàm præsentia.

§. VI.

Hoc alè animo imprimere, & in laboribus robore, & in molestiis atque doloribus erigere mirificè. Eò quique contentius laborare solet quò plures habet & nobiliores sui spectatores. In Hierosolymorum obsidione, nulla præmia Romanos æquè in hostem animare potuerunt, atque Titi Cæsaris in bello præsentis oculi. Fidem facit Josephus his verbis: Romanos hortabatur consuetudo vincendi, & quia vinci non assueverant. Ante omnia verò Titus, semper, ubique præfens. Nam & inertia, spectante atque opiculante Cæsare, gravissimum facinus videbatur; & ei qui bene decertasset, testis aderat qui rependeret præmium. Præterea fructus erat, vel cognosci solum Principi virum fortem. Idcirco multorum major viribus alacritas demonstrata est. En, oculus domini saginat equum: En, oculus Titi magnanimos facit milites, qui, velut viri ferrei, stant inexpugnabiles. Potuerunt hoc oculi Titi Cæsaris? multò magis id poterunt oculi præsentis ubique Numinis. De Judâ Machabæo, ejusque copiis facta Machab. 2. Machab. 15. v. 27. *sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta & quinque milia. præsentia Dei magnificè delectati*. Vicerunt, quia Deum sibi præsentem fecerunt precando: & hæc illis cogitata Dei præsentia, famem sitimque, fatigantem & pulverem, vulnera, plagas, mortis pericula, facilia omnia reddidit. Quòd si milites hi inter tubas & tympana, inter armorum fragorem, inter vulneratorum, cælorum, morientium clamores & ululatus, ita sibi Deum statuerunt præsentem, ut ejus præsentia magnificè delectarentur: nos quoque vel in turbatissimis

tissimis etiam negotiis, præsentis Dei meminisse poterimus, si velimus. Proinde si quis adeo delicatâ & parcente manu labore, similis somnum meditantem, elumbis, lentus, fractus & oscitans, non immerito illum proximus quisque sic extimet: quid agis ignave? ubi manus, ubi opus tuum? num ideo sic solute & segniter, sic remissè & perfunctorie laboras, quia te solum putas, & à nemine videri?

Sed luna videt, sed sidera testes

Intendant oculos: sed vident Angeli, sed videt Deus. Dei oculos non reformidas? non te pudet, spectatore Deo, cò languoris prolabi, ut instar brutæ pecudis, non festines nisi ad quietem & somnum? Respice piger, & si quidem humanos negligis, divinos saltem oculos reverere: Deus videt omnia, tam alios industriè & ferventer, quàm te languidè & oscitante laborantem: operosos Deus contempletur, & cessatores: Ipse novit & decipientem, & cum

Iob cap. 12. vers. 16.

Epist. 41. initio.

Epist. 21. med. ferè.

Epist. 11. pro. pius finem.

qui decipitur. Deus videt omnia. Seneca de hoc non Christiana tantum, sed pænè (sic sit dicere) divina scripsit. Et quàm hoc propriè ac verè ad Lucilium: *Prope est, inquit, à te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Nihil Deo clausum est, interest animis nostris, & mediis cogitationibus intervenit: Deus ubique, & omnibus præsto est. Obstupescito tantum lucis huic viro in tenebris alluxisse. Idem: Sic fac, inquit, omnia, tanquam spectet aliquis. Prodest sine dubio, custodem sibi impoluisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis judices. Et: Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturus testis adsistat. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum qui non actus tantum (aut libri, aspectus, tactus, omnia rectè) sed etiam cogitatus emendat! O felicem illum, qui se aliquem vereri potest, ut ad memoriam utique ejus se componat atque ordinet! Ergo sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo tanquam homines audiant. Præclarissimè omnia. Et hoc homo non Christianus scripsit? Jesu bone, quid in supremo judicio respondendum Christianis? jam convicti sumus vel mille testibus. Scimus, Deum videre omnia, sed aliter non vivimus, quàm si nihil videret ex omnibus.*

§. VII.

Humani oculus facit ne peccemus, quanto magis divinus. Chrysost. in epist. 1. ad Corinth.

Matt. 11. 10. vers. 26.

Oculos hominum tantò magis observamus, quanto minus Dei. Et hoc est ex mente Chrysostomi, quod nos in exitum rapit. Humanis nos oculis commendare studiosissimè ambimus, oculos divinos negligimus; perinde atque si nullus sit Deus qui nos videat. In sceleribus (os illud aureum jure queritur) Deo contemimus; pro homines formidamus; homine præsentem nemo fornicaretur, sed pudore hominum, affectus violentia vinceretur: cum autem Deus videat, & hoc audiamus, & longe graviora. Nonne hoc solum satis esset, quò cæcitus innumeris peteremur fulminibus? Hinc omnia orta sunt mala, quòd in rebus turpibus, non Dei oculos sed hominum timemus. Nihil est opertum, quod non revelabitur, & occultum quod non scietur. Ambrosius tam hic disertus est & serius, ut si quis ullum conscientie sensum retinuerit, non possit non moveri: Detur mihi, ait, captus adulterina cupiditatis intemperantissimo assu, qui nolit repugnare sua carnis appetentia, incuriosus justitiae, tamen sollicitus fama, erubescens testimonium erroris, qui ipsum non erubescit errorem. Si quem forte spectatorem noverit facinorosi sui, verecundia sequestrat intemperantiam, & pudore inceptum scelus deserit. Ah! quanto magis, si consideret plena esse Angelorum omnia, aërem, terras, maria, ecclesias quibus præstant Angeli. Hominem vereris præsentem, Dei præsentiam non vereris? Sed cum tibi dicitur, quia Deus novit occulta hominum, ideo non vis audire, ne incipias scire quod ti-

A meas & timere ne pecces. Sed an putas, quòd in lupanari te Christus non videat, quem videt lupanar ingredientem? in flagitio te non deprehender, quem videt flagitium cogitantem? Sed fac (quod fieri non potest) vidit legio demonum, qui te impulerunt. Ne putes quòd tibi præster colludium silentii, qui tecum habebit confortium supplicii. Studet plurimos sui similes videre, & hæc ejus est gloria, quòd plures perdat. Ergo, quocunque perrexeris, memento te deprehensum, Deus videt omnia.

Humanis oculis faciem facere, & (ut Plautus loquitur) glaucoma objicere, res est facillimi negotii; oculos Dei fallere nulla unquam ars potuit. Hoc prisci explicabant apologo isto: Cervus insequentes venatores fugiens, metu delatus est in stabulum. Hic mulum rogavit: tantillum sibi spatii non invideret, quo fugam liceret dissimulare, dum transfecti essent venatores. Cui mulus: Hic, inquit, parum eris securus, brevi aderunt & herus & famulus. Cervus opinionis lue tenax: Videbo, ait, quas fuge meæ latebras captem, modò tu me non prodas. Vix tutum se recipit & famulus irrumpit, cervum tamen profundiore fœno urcumque jam sepultum non observat, sicque abiit. Cervus mirè sibi gratulatus, quòd famuli oculos fefellerit, jam pænè victor omnem periculi metum ponebat. Cui mulus: mi frater, inquit, hunc talpam decessisse, non artis fuit, sed fortunæ: vix tibi, si venerit herus, linceos is habet oculos: hunc li fefelleris, triumphum cane.

Brevi & ipse herus adest, dùmque omnia sagaci lustrat oculo, cervinum cornu è fœno prominens deprehendit, & simul fugitivum hospitem. Mox complois manibus, servos inclamat. Ita miser carcerem esse sensit, quod asylum putabat. Mens fabulæ ista est: Servi sunt quotquot mortales vivunt; Dominus omnium solus Deus est. Servorum istorum oculos decipere, nimis quàm facile est; mille larvæ sunt quæ fraudem faciunt; Dominum, qui merus est oculus, nemo fefellerit unquam. Scrutatur corda & renes Deus. De quocunque homine dixeris: Remum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est. Verus, & lingua ejus auditor. Homo videt ea quæ parent, Deus minus autem intuetur cor. Ergo, quocunque perrexeris, memento te deprehensum, Deus videt omnia.

§. VIII.

Rhetoricæ figura est, quæ *Conversio* dicitur, hæc quaestiones complures uno responso diluit. Eà ulius Basilii, varium quaeritum verbo dissolvit. Querebant in quibus Basilii discipuli: quis omnium facillimè & creberrimè irascitur? quis in re divinâ censendum est pigerrimus? quis animo maximè vagus in precibus? quis levissimus in gestu? equis omnium inquietissimus est dicendus? Verbo, ad omnia respondebat Basilii: Qui non semper cogitat suarum actionum & cogitationum inspectorem esse Deum.

Sed denudò queret, & qui fieri possit, ut quis ita nunquam incaleat? quis cogitationes sic cohibeat, ut non evagentur? quis in tetrico negotio animi & spiritus, æquè semper vegetus sit & alacer, atque in iusta & choreis? quis tam cautus in motibus ut nullam stultitiæ mixturam prodas? quis adeo semper apud se domi suæ, ut omnia dicta factaque composita habeat, & ad decorum expolita? Unum iterum ad omnia responsum est Basilii: Hæc omnia ei facilia sunt, qui Deum semper præsentem afficit. Ecclesiasticus: Si non in timore Domini, inquit, tenueris te instanter, curò subvertetur domus tua. Deum non effugit, qui absentem credit. Idcirco Augustinus: Deus, semper inquit, timendus est in publico; ipso in secreto. Procedis videlicet, inquit, intras? videris: lucerna extincta est? videt te: lucerna ardet? videt te: cubile ingrederis? videt te: in corde versaris? videt te. Illum ergo time, cui cura est ut videat, & vel timendo

Ench. c. 42. timendo castus esto. Cognovit enim Dominus omnem scientiam (ut Socrates loquitur) abyssum & cor hominum investigavit, & in astutia eorum excogitavit. Tandem fraus omnis ad solis testimonium publicatur: Deus videt omnia.

Ferdinandus I. Imperator, mirè delectabatur horologiis affabrè factis & rotundatis. Erat ei magnus horum numerus, & artificiosa varietas. Fuit, ut animi gratia loquaci hoc auro mensam oppleret, & velut mercem venditurus, ordine collocaret, gratum aulico comitatu spectaculum. Ubi satis datum oculis, ad colloquium factus secessus. Unus interim non spectator tantum sed emptor, furandi libidine an occasione impulsus, unum ex horologiis raptim in caligas abdidit sagaci manu. Obliquo id oculo deprehendens Cæsar, hominem ad se vocatum, vario sermone, ad id horæ detinuit, dum sonorum illud aurum intra caligas loqueretur, & horam nuntiaret. Erubuit miser vel invitus, & totam faciem minio perfusus, sine voce confessus est furtum. Cæsar rubore contentus, liberalissimè conniventia, reum furti absoluit. Et nos, mi Adesime, huic furi simillimus: quoties nos aut fucata mendacia, aut clancularie confabulationes, aut furtivæ mentis libidines oblectant: miser, latere nos credimus. Tandem, tandem, clapsa vitæ horulâ, horologium nostrum, nostra conscientia loquetur; Oculis Dei non obliquus sed rectissimus atque fixissimus, in nos assidue inrentus, factorum nos omnium convincet. Nam, in omni loco, *Per. c. 15.* oculi Domini contemplantur bonos & malos: Omnia videt *vers. 3.* Deus. Nunc temporis dissimulat, & hunc furari, & illum adulterari sinit Deus: quid iste, quid ille, quid nos, quid omnes omnino homines cogitent, videt, & tacet. Erit *1. 49. v. 21.* tempus, cum lingulis obiecturus hic iudex, hæc fecisti, & hæc & hæc etiam, & illa, & ista etiam, & tacui. Nunc tua te prodit conscientia, nec teipso iudice absolui potes. Heu, quid tunc miser sum dicturus, quem patrum rogaturus, cum vix iustus sit securus? *Per. c. 15.* *vers. 11.* perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum? Si homini, ait Ambrosius, officiaris, Deo fateris, etsi volueris negare, tua te cogitationes revincunt. Laetantius humani optime commonefaciens: Quid agis, inquit, quid machinaris, quid abscondis? Custos te tuus sequitur. Putas tibi contigisse ut oculos omnium effugas demens? Quid tibi prodest non habenti consilium, habenti conscientiam? Patemus Deo undique. Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum: Deus videt omnia.

§. IX.

ÆDES. Falsè mihi querere? **PARTH.** Jubere, ni sponte faceres; interim respiro ego. **ÆDES.** Unde obsecro tot, tam facta, & tam quotidiana inter Christianos flagitia? An non ea omnia credunt, quæ de Deo ubique locorum præsentem disserviisti? **PARTH.** Credunt sanè, sed fide otiosissimâ, nec plus faciunt quam si non credant. Curforem veredarium novi ego, projectæ audacia hominem, qui assuetus diu nocturne iter facere, equum quandoque per invia, devias, per saxa & lentes agebat. Monitus periculi & saltem vitæ suæ, si non suo equo, parceret. Iridens ille, oculos, inquit, comprimo & omnia ubique plana sunt. Huic, ii simillimi qui Deum ubique præsentem esse credunt, sed nil proliis divinâ præsentia dignum faciunt: oculos comprimunt, & quâ data porta, ruunt: tales, nebulones illi vetuli, alieni matrimonii subfessores, Susanna pudicitiam sollicitantes, exarserunt in concupiscentiam ejus, & creperunt sensum suum; & declinaverunt oculos suos, ut non viderent calum, neque recordarentur iudiciorum iustorum.

David Salomon filio, hoc ipsum gravissimè commendans: Tu autem Salomon, inquit, fili mi, servo Dei patris tui, & servo ei corde perfecto, & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quaesieris cum invenies: si autem dere-

Tom. I.

A liqueris eum, projiciet te in æternum. Concio, regum auri-
bus dignissima. Sed Salomon paternæ disciplinæ immemor, alienigenarum mulierum libidines affectatus, eò delirii & impietatis prolapsus est, ut Deum patris sui cæperit nescire. Ita cuticula placet aliena, ut animula displiceat propria. Hæc vitæ labe inde est, quod Deum aut nostra non videre, aut facillè condonaturum visa, stultè & improbè persuademur. O tenebras humanæ mentis! Oculus ille qui videt omnia, & à nemine videtur, in lucem olim protrahet quæcumque arcana & abdita. Hic Oculis ostender quos mortuos nocte sepelierit Tobias. Hic oculus monstrabit, quot palam, quot clam jugulaverit Herodes. Hic oculus pandet Orbem, quis Nicolaus ille fuerit; qui furtivis beneficiis, pudicitie periclitanti alienæ subvenerit. Hic oculus humano generi proder, non à Josepho dominam, sed à dominâ Josephum ad flagitium fuisse invitatum. Oculis ille declarabit, Elisabetham Ungari regis filiam, in abdito

B horti sui angulo, scabiosi mendici caput lavisse. Secretissima omnia ad solem producet hic Oculis. Res nunc in Orbe saepe geruntur inæqualissimè, subinde etiam iniquissimè: illi ficus devorant, & acculant istos: reis venia datur, vexat censura infantes; coram delinquent impune, columbæ multantur. Non latebit, non est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat. Ideo Christus: Et Pater Math. c. 9. *vers. 17.* tuus, inquit, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ergo, quocumque perrexeris, memento te deprehensum, Deus videt omnia. Non praterit illum omnis cogitatus, non abscondit se ab eo ul- *Ecclesi. c. 42.* *vers. 20.* lus sermo. Ut verò hujus nulla nos unquam capiat obli-
vio, certa memoriæ statuenda sunt signa, quæ quotidie moneant: seu sit imago cubiculi, seu dictum illustius musæo inscriptum, seu pars vestis aspectui exposita, seu digito insertus annulus seu quotidianum illud sacerdotis in sacro: Dominus vobiscum. Quidquid illud sit, monendi sumus assidue, Deum ubique præsentem videre omnia. Adde clausulam viri docti, & sancti Martyris Severini Boëthii, qui aureum illud de Consolatione *Lib. 1. con-*
Philosophiæ opusculum, his ipsi verbis consignavit: *sol. Philos.*
Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas iudicis *fine libri.*
probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Aut laxa sumus, aut his movemur: Deus videt omnia.

C A P V T X I.

Nonum INCONTINENTIÆ antidotum,
Novena ÆTERNITATIS supplicia.

Hic flere malim quam loqui. Quidquid dixerimus, minùs æquo dicemus; verbis non assequemur, sed nec cogitationibus quidem, inexplicabilem illam damnatorum Æternitatem. Scio multos & multa de damnatorum tormentis scripsisse, sed vana est scriptio, inanis est omnis dictio, ubi non est attenta & profunda cogitatio. Legimus ista, audimus talia, cernimus picta, cogitamus futura, hæc omnia brevè evanescunt, nisi ea vigilantissimâ mente sapius expendamus, & imaginationi seriè infigamus. Eheu quam multa sunt inferorum infanda supplicia, quæ hic mihi, Adesime, tibi que meditando subijciam compendioso ordine.

Primum supplicium INFERORVM, tremendum, infandum;

TENEBRÆ. Primus hic cruciatus est, & maximus omnium, & verè infandus. Sed audi quas ego tenebras dicam. Deum posse aspicere per totam Æternitatem, & quantum erit liquidissimæ voluptatis hominem formolum intueri aliquam parit voluptatem, quæ mox ad amorem trahit. Creet jam Deus, uti potest, infinitè formosior, quam sit homo vel formosissimus in Orbe; quam ille in sui spectatoribus amicum amorem

Hh provo-